

9

PERILLVSTRI GENEROSISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO DOMINO,
DOMINO
JOHANNI
GEORGIO
de PONICKAU,

DYNESTAE IN POHLA, Schönbrunn/ ET KLEIN-OPIZ,
AUGVSTISSIMI POLONJARUM REGIS ET SAXO-
NUM ELECTORIS AULAE, JUSTITIAE, ET SUMMI PROVO-
CATIONUM SENATUS CONSILIARIO, ET PROTO SYNEDRII
ECCLESIASTICI PRAESIDI GRAVISSIMO,
MAECENATI SVO OMNI HONORIS
CULTU PROSEQVENDO,
COLLATAM CLEMENTISSIME SPLENDIDISSIMAM
CONSILIARI INTIMI DIGNITATEM
GRATULATUR,

M. IOH. CHRISTOPHORUS WENDLER,

Philosoph. Ord. in Acad. Jen. Adjunctus.

JENAE, Litteris NISIANIS.



ON

PERILLVSTRIS, GENEROSISSIME ATQVE EX-
CELLENTISSIME DOMINE,

MAECENAS MAXIME.

MAgni fidelesque negotiorum publicorum administri Principumque maximorum Consiliarii tanto impensiori cultu & veneratione sunt prosequendi; quanto sanctior illorum opera in gravissimis vitae partibus curandis tuendisque publicae rei comodis versatur. Hujusmodi Viros antiquissimis jam temporibus *Amicorum* nomine honoribusque dignati sunt summi imperiorum regnorumque gubernatores. Imo qui in secretiorum societatem curarum assuebantur, posteriori aeo, *Imperatorum collegae, Familiares, contubernales, Comites s. Consistorii, Consistorianque audiebant.* * Rectissime autem judicavit Romanus ille prudentissimus, Helvidius Priscus, nullum majus boni Imperii instrumentum esse quam amicos bonos. Enimvero, cum plurimis rerum hominumque praesidiis augusta Principum fortuna indigeat, cumque negotia magna sine magnis adjutoribus non facile queant expediri; praecipuum Principis opus existimat, parare sibi amicos, qui in partem rerum, deliberationumque difficillimarum veniant, & utilitati pariter atque dignitati publicae obsecuti provinciam sibi commissam diligenter graviterque administrent. Sane enim quod iustusmodi amicos curarumque socios inventit Princeps: tot oculos habere dicuntur, quibus quae decet, audiatur; tot consilia, quibus de iis quae salutaria sunt, statuere, & sibi suisque prospicere possit. Nec enim judge Theone alia est talium amicorum ratio, quam si cui DEVS unum corpus habenti plures dederit animos, qui omnes illi consulerent atque prouiderent. Quid mirum igitur, si non Micipsa solum Numidarum Rex, sed Alexander etiam Magnus aliquique potentissimi Principes, in suis amicis plus praesidii quam in exercitu thelaurisque collocarunt? Quid mirum, si fortissimus Graecorum exercituum Imperator, Agamemnon, centum sibi Nestores optavit; & Darius, Rex Persarum maximus unum Zopyrum multis praestantissimisque urbibus anteferre nihil dubitavit? Eo magis autem tunc in oculis ferendi sunt

* Confer. omnino Caroli du Fresne Consiliarii Gallici Glossarium mediae atque infimae latinitatis p. 169, 358. & 118. Tom. I,

sunt hujusmodi operum in Republica suscipiendorum adjutores; quo certior rem sibi laudem maioremque auctoritatem, pietatis, prudentiae, justitiae ac vigilaniae commendatione compararunt. Haec enim sunt verae divinaeque bonorum Consiliariorum virtutes. Haec sunt illustrissima Amicorum Principalium ornamenta. Quomodo enim bene feliciterque in medium consulat, qui alienus sit a pietate; cum ex gravissimi Oratoris sententia, nihil rite, nihilque providenter homines sine DEI immortalis ope, consilio, honore, auspiciantur? Porro quis tueatur nomen dignitatemque Consiliarii prudentis, qui non prius in eruditorum porticu veritus animum optimorum doctrinarum cognitione instruxerit, & judicii facultatem in pensandis rationum civilium momentis magis magisque confirmarit, ut rerum & exemplorum, & omnis vetustatis peritissimus recta consilia mente provideat, eademque si opus fuerit, oratione explicet, & quae casu offeruntur, in prudentiam publicanque utilitatem vertat? quis praeterea Consiliarius ex aequo bonoque agat cum omnibus, qui privati potius quam publici comodi, habeat rationem, & qui in consilia libidinem, ** odium, invidiam, metum, temeritatem, cupiditatesque omnes admittat? Denique quid ab illo expectandum sperandumque sit, qui, ubi res vigilantiam postuleret, securus negligensque agat, & cedar labori, curarumque vi frangatur. Singula haec probe perpendens Divus FRIDERICUS WILHELMVS Saxoniae Electoratus prudentissimus Administrator, filius suis, ut Marci Gerstenbergeri, Cancellarii Vinariensis, usu rerum peritissimi Viri, consilia sequerentur saluberrima, iam in agone constitutus serio mandavit. *** His motus rationibus Vinariensem Dux Serenissimus, Divus WILHELMVS, Crofugii, & Johannis Bernhardi à Bozheim, Aulae Marschalli fidelissimi memoria nummis **** conservare, eorumque virtutes commendare posteris annis est. Haec animo volvens AUGUSTVS II. Rex Augustissimus Poloniarum & Saxonum Elector, TE quoque insigne procerum togatum decus PERILLISTRIS, GENEROSISSIME, atque EXCELLEN-

** Salustius de ordinanda republ. Ego inquit, ita comprei, omnia regna, civitates, nationes, usque eo prosperum imperium habuisse, dum apud eos vera consilia valuerunt: Ubicanque gratia, timor, voluptas ea corrupere, post paulo immunitae operi, deinde ademptum imperium, postremo servius imposita est.

*** Müller in Annal. Saxoniae p. 231. Anno 1602, den 7benden Julii ließ Herzog Friedrich Wilhelm zu Wettmar seine Fürstl. Kinder wenige stunden vor seinem Absterben vor sich kommen, vermahnete solche zur Gottesfurcht und wahren Frömmigkeit, und sagte zu den ältesten Prinz Johann Philipp einen Herzlein von fünf Jahren. Hans Lips bis fromm und studiere fleißig, so würst mit der Zeit einen Regenten geben, der Land und Leuten nütze seyn wird, und habe den Scharzkopf, (den Canxler Gerstenbergern meynend, so hinter Ihn stünde,) inacht. Er hat mehr bey Mir gehan, als Ich und Ihr demselben vergetten könnet, sprach auch zum Canxler, thur bey meinen Kindern, was ihr bey Mir gehan, und Ich um Euch wohl verdienet habe. Da sagte der Canxler mit viel Freuden, Gnädigster Herr, ich willt thun, gab auch dem Herzog und allen Fürstl. Kindern die Hand.

**** Tenzel in den Monat Unterredungen anno 1602. p. 960. Herzog Wilhelm zu Wettmar, ließ zum Gedächtnis seines getreuen Hoff-Junkers von Crofug Ducaten und Groschen eines Stempels schlagen, auf einer Seite des Hoff-Junkers Elogium, in der mittten und herumb des Herzoges Nahme, auf der andern diese teutsche Reime: Ein treuer Herr und treuer Knecht, sind hier gelobt, und dort gerecht. Von des Hoffmarschalls Absterben ließ der Herzog Ortschalter prägen, auf einer Seite diese Schrift. WILHELMUS D. G. DUX. SAXON. JUL. CLIV. MONT. MEMORIAE IOH. BERNH. à BOZHEIM, AULAE. VIN. MARSHALLI. FIDELESS. MORT. 18. AUG. auf der andern Seite dieses Sprichwort in einen Lorbeer-Cranze: TREU HERR TREV KNECHT. 163.

LENTISSIME DOMINE, qui domines Aulae, justitiae, & summi provocationum Consiliarii Protoque Synedrii Ecclesiastici gravissimi Praefidis partes adhuc abunde implevisti, eum in finem in sanctiorem septemviranam senatum cooptavit, ut exemplum quoddam amici Purpuratique Electoralis posteris traderes. Docent Lulatorum * & Saxonum ** annales, Majores TUIOS Perillustres famam Generosissimae gentis Tuac longe lateque diffusisse, & per plura secula egregiis facinoribus in toga pariter atque bello nomen suum illustrasse. TU EXCELLENTISSIME DOMINE solis horum vestigiis gloriaque aliena nisi noluisti sed tam eximiam gentilitiae laudis haereditatem TUA virtute, TUISQVE meritis cum malatissime auxisti, atque adhuc auges cotidie, per quam tenuem arbitratus nobilitatem, ubi nihil meritis, omnia origini tribuerentur. Quibus rebus effecisti, ut non tantum ad obeunda maxima laudis munera jam dudum fueris adhibitus, sed & à Rege Augustissimo singularem gratiam inieris, ac luculentissima per clementis animi signa, summaque virtutis TUAE praemia auspicato retuleris. Quippe in splendidissimis honoribus immortali cum laude omni tempore verlatus es, Deoque mentem piam & religiosam, Regi solertia agendi admirabilem, terris Electoralibus fidem & curam, omnibus justitiae & aequitatis studium abunde es testatus. Jam cum exinde luculenter pateat, summis Consiliarii magni atque illustris ornamenti TE esse praeditum, quae suo se splendore a temporum iniquitate hominumque oblivione vindicabunt, & gratae etiam posteritatis laudem merebuntur, votis ardentissimis omnes expetunt, ut TU PERILLISTRIS atque EXCELLENTISSIME DOMINE, qui demerendo Regi procurandaeque publicae saluti vere natus es, his terris diutissime commoderis. Omnes certissima ducuntur spe, fore ut & in posterum omnia Tua consilia, omnes labores omnesque vigiliae ad publicam felicitatem provehendam atque ad decus cum Augustissimi Regis tum & Electoralium regionum amplificandum conferantur. Sic DEO immortali gloria, sic Reipublicae fructus, sic TIBI ipsi laude dignissimus labor rectaeque conscientiae oblectatio perpetua pulcherrimo consilio destinatur, TUORUMQUE illustrium atque avitorum meritorum memoria sacra sanctaque omni tempore habebitur.

Dabam Jenae d. 16. Junii 1720.

* Confer. omnino Grossers Laufnicker Merckvürdigkeiten passim.

** Confer. Johann Sebastian Müllers Sach'sche Annales, qui Johannis de Ponikau & Joh. Georgii de Ponikau merita in Serenissimam Saxonum gentem p. 96, 97, 99, 101, 122, 152, 153, 157, 158, 160, 195, 216, 217, 218, 219, 221, 227, sive depingit,



PERILLVSTRI GENEROSISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO DOMINO,
DOMINO
JOHANNI
ORGIO
PONICKAU,

IN POHLA, Schönbrunn/ ET KLEIN OPIZ,
I POLONJARUM REGIS ET SAXO-
S AULAE, JUSTITIAE, ET SUMMI PROVO-
NATUS CONSILIARIO, ET PROTO SYNEDRII
SIASTICI PRAESIDI GRAVISSIMO,

ATI SVO OMNI HONORIS
CULTU PROSEQVENDO,
CLEMENTISSIME SPLENDIDISSIMAM
SILIARII INTIMI DIGNITATEM
GRATULATUR,

CHRISTOPHORUS WENDLER,
philosoph. Ord. in Acad. Jen. Adjunctus.

JENAE, Litteris NISIANIS.

Farbkarte #13

